



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

Vt vnicuique in domo sua orare liceat. lxxxvi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**

fas est, constituent, sibi que per caupones vinum vendant, aut vendere permittant, & vbi tantummodo orationes & verbum diuinum, Dei que laus debuerit resonare, ibi comessationes & ebrietates fiant, ibi risus & plausus & verbaturpia, ibi rixę & contentiones resultēt. Quod quā sit Deo contrarium, dominus Iesus demonstrat. Qui quum inuenisset in templo vendentes & ementes, & nummularios sedentes, facto funiculo de resticulis, omnes eiecit de templo. Si enim ea quę licitē vendi videbantur in templo, & ad hoc emebantur, vt in eodem templo offerrentur domino, ipse foras eiecit, quid putas de tam pestifera præsumptione & Dei contemptu fiet? Et si nō solū sacerdotibus sed etiam omnibus clericis præcipitur, ne tabernas ingrediantur: quis audire potest, vt Ecclesię Dei tabernę fiant? Itaque interdicit per omnia synodus, ne hoc in posterum vllatenus fiat. Quod si factum fuerit, presbyter deponatur, laici communionē priuati ab Ecclesia, quam dehonestaerunt, expellantur.

De eadem re. Cap. LXXXV.

SI enim domus Dei orationis domus vocatur, hoc debet esse quod dicitur: nec ibi aliud debet geri aut recondi. Vbi enim corpus domini consecratur, ibi angelorum præsentia non dubitatur adesse. Vbi sanctorum reliquię reconditę venerantur, ne quid inhonestum appareat, quod oculos ad orationem venientium offendat, ne quid ibi videatur quod ad lucrum temporale pertineat: sed omnia sancta, omnia munda, & tantummodo ad Ecclesiasticum ministerium pertinentia.

Vt vnicuique in dono sua orare liceat.

Caput LXXXVI.

VNICUIQUE fidelium in domo sua oratorium licet habere, & ibi orare, Missas autem ibi celebrare non licet.

Vt canticum turpe circa Ecclesias non fiat.

Cap. LXXXVII.

CANTICUM turpe atque luxuriosum circa Ecclesias atque in atriis Ecclesię agere omnino contradicimus, quod vbi que vitandum est.

Ex eodē,  
cap. 3.

Ex cōcil.  
Aurelia  
no, ca. 3.

Ex cōcil.  
Cartha.